

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes  
aliquot**

**Stahl, Daniel**

**Jenae, 1662**

Regula III. Genus est prius specie

**urn:nbn:de:bsz:31-102400**

*Genus est prius specie.*

I. Philosophus Categ. Cap. XII. §. 3. inter  
diversos modos prioritatis & hunc posuit,  
secundum quem illud dicitur prius, à quo non  
reciprocatur essendi consequentia. Circa quem  
modum Fonseca IV. Metaph. cap. I. q. I f. IX.  
distinguit & dicit, duobus modis posse ab  
uno ad alterum non reciprocari consequen-  
tiam: uno quoad *predicationem*, nempè si de  
quacunque re alterum dicitur, dicatur i-  
psum, non tamen vice versa; & illud, à quo  
sic non reciprocatur consequentia, concedit  
esse prius, sed non naturā. Altero *quoad exi-  
stentiam*, quod tum accidit, cum altero posi-  
to in rerū naturā necessariò ponitur ipsum;  
ipsò tamen positō non necesse est ponī & al-  
terum. Hoc posteriori modo genus quod-  
dam prius esse specie manifestum est: positō  
enim homine in rerum naturā, necessariò  
ponitur homo animal, sed positō animali,  
non necessariò ponitur homo. E. animal est  
prius homine. Sed si vera est sententia eorum,  
inquit Fonseca, qui dicunt, lineas esse actū in  
mediā superficie, & numerum esse verum genu  
numerorum, dari, simul in rerum naturā plu-  
res species numerorum, quarum aliae sint parti  
iliarum, planè sequitur, non omne genus esse  
prius naturā suis speciebus, illō prioris modo cum  
hiest

bice d.  
recipro  
numeru  
admodu  
secundu  
linea ex  
ti, exis  
existit b  
modum  
etiam c  
cunque  
numeri  
cunque  
rius pra  
tudinis  
tudo es  
II. 1  
Phys. V  
nuat du  
alteram  
Ethinc  
quando  
tia in re  
recipro  
lectu: q  
necessari  
sā. Et l  
cie, sic u  
ret: app

bice datis perspicue sequatur, magnitudinem reciprocari cum linea secundum existentiam, & numerum eodem modo combinari. Nam quemadmodum si linea existit, magnitudo existit: Ita secundum hanc sententiam, si magnitudo existit, linea existit, eodemque modo, ut existente binarii, existit numerus, sic etiam existente numerō, existit binarius. Hæc Fonseca. Juxta priorem modum omne genus prius est specie, ut patet etiam de numerō respectu binarii: de quocunque enim dicitur binarius, de eō etiam numerus dicitur; sed non vice versa, de quocunque numerus dicitur, de eō statim binarius prædicatur: eademque est ratio magnitudinis & linea. Omnis enim linea magnitudo est, sed non omnis magnitudo linea est.

II. Petrus Hurtadus de Mendozâ *disp. Phys. VIII. s. VI.* consequentiam essendi insinuat duplēm: unam *essendi in rerum naturâ*, alteram *essendi in intellectu & apprehensione*. Et hinc duplēm innuit prioritatem. Unam, quando nō reciprocatur essendi consequentia in rerum naturâ; alteram, quando non reciprocatur essendi consequentia in intellectu: quando scilicet unō apprehensō aliud necessariō apprehenditur, sed non vice versa. Et hāc ratione omne genus est prius specie, sicut iterum de numerō & binariō appetet: apprehensō enim binariō necessariō ap-

SS 3                    pre-

prehenditur numerus; sed apprehensō nūmerō non necessariō apprehenditur binarius, cùm binarius non ita includatur in conceptu numeri, sicut numerus includitur in conceptu binarii; eademque est ratio magnitudinis, respectu lineaꝝ.

## REGULA IV.

*Genus est latius specie. Aristoteles*

*IV. Top. cap. I. §. 9.*

I. Genus est latius speciebus singulis, sive specie quālibet per se sumtā: ut, animal est latius homine, & virtus latius patet quam temperantia. Speciebus verò omnibus simul sumtis genus non est latius, sed cum iis reciprocatur: ut animal cum homine & brutō.

II. Hinc colligitur, ut Aristoteles *ibid. adit.*, opinabile non posse esse speciem entis, quia ens non est latius opinabili, sed opinabile potius est latius ente, cùm & quod est, & quod non est, opinabile sit. Ciceron *i. Tusi.* vocem ἐντελέχεια apud Aristotelem scribit significare continuatam motionem & permanentem. Hanc explicationem Ciceronis non admittit nostra Regula, quia apud Aristotelem *III. Phys.* ἐντελέχεια est genus motus. Definit enim motum per ἐντελέχειαν tanquam per genus, quod Aristoteles facere non posuit.

missit  
Genus  
motio  
motu,  
Vide I.

Specie  
tura

I. C  
niunt  
dividi  
natura  
solūm  
talis g  
bruta.  
specie  
natura

II. S  
in h. l.  
magis  
cies; a  
Porph  
ram un  
jus n  
Gionen